



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Avgvstini Valerii, Veronensis Episcopi, De Rhetorica  
Ecclesiastica Libri III. Perqvam Ervditi**

**Valiero, Agostino**

**Coloniae, 1582**

De Luxuria. Cap. XIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69050](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69050)



Eius sororem esse detractionem, vitium grauiſſimū; quod oratorio quodam modo peius esse dixit sanctus Chryſoſtomus, quā corpus occidere. occidit enim detractor, & quasi dilaniat famam; quæ pluris est faciendā, quā vita.

## De Luxuria. Cap. XIII.

**D**E Luxuria pluribus dicat, adimere vsum rationis, homines belluas efficere; eius comites esse pœnitentiam & infamiam, esse plerunquē pœnam peccati.

## De vitanda Gula. Cap. XIIIII.

**D**E vitio Gula, quæ est inordinatus appetitus cibi, cūm dixerit, inculcet edendum, vt viuamus; non viuendum, vt edamus: paucis minimisq; contentam esse naturam: plures iugulasse gulam, quā gladium: saturitatem fame peiorem, vt sanctus probat Chryſoſtomus: gulam matrem incontinentiæ, et altricem egritudinum, ac multarum miseriarum esse. Acrius reprehendet pauperes, qui gula indulgentes, rem familiarem minuunt.

## De vitanda Ira. Cap. XV.

**I**RAM vitandam probabit, quia est comes stultitiæ, inimica consilij, mater pœnitentiæ, nutrix iurgiorum, inimicitiarum, & variarum calamitatum: audienda illa verba beati Augustini: Volo vos irasci, vt non peccetis: vt autē non peccetis, quibus debetis irasci, nisi vobis? quid est enim homo pœnitens, nisi homo sibi iratus?

## De Accidia vitanda. Cap. XVI.

**C**V M verò de Accidia vitanda sermonem habebit Ecclesiasticus orator, eam originem vitiorum nominabit,